

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.



1676.

1. Mueg, Georgius Fridericus: De Libertate Principum
Camerati.
2. Hertin, Joh. Theobaldus: De rebus mobilibus et
immobilibus
3. Obrechtus, Ulricus: De imperio Germanici ejusque
statuum federibus
4. Obrechtus, Ulricus: De electione Imperatoris
Romani Germanici
5. Reuban, Joh: Disputatio . . . ad l. un. Cod. si liber.
Libris Imperialis socius sine herede decessorit
6. Reichellus, Julius: De pede Argentera Kenisium
geometrico.
7. Rodschied, Johannes Henricus: De literis mutui compassus
8. Schragius, Fridericus: De constitutionibus personarum
libris, quae et privilegia specialia dicuntur

1677.

1. Elwerth, Johannes: De jure noctis tempore gestorum

1677

2. Hammer, Joh. Andreas: De milite desertore
3. Mauselin, Bartholomaeus: De limitibus.
4. Schmidt, Johannes Ulrichus: De censu emigrationis
5. Schragius, Fredericus: Proxima hereditatem.
6. Spener, Georgius Wilhelmus: De re monetaria in I. Rom.
Germ. imperio

1678

1. Gants, Johannes Sebastianus: Imp. Roman. Regg. Austriae
et literae sacri Rom. imperii reipublicae Argen.
tore huius privilegiorum concessorum triaga: de
non evocando, de non appellando et de austragis
2. Hampe, Johannes Hardonius: De rhagadibus
3. Speirman, Henric. Antonius: De iustitia imperatoris
publicae, cuius usus in Germ. celebratur.
4. Speirman, Tobias: De concursu creditorum
5. Hockler, Gerardus, von: De uxore militum ad l.
Imperatoris. Cod.

1679.

1. Salgmann, Johannes Taculus: De numeris extra ordinarios
2. Schreyius, Fridericus: De jure majoris partis
3. Schreyius, Fridericus: De potentata magistratum et officiorum. 2 Sampl. 1717-1735
4. Stucken, Gerhardus von: De pollicitatione

Rom.

Justi

en.

is

his

!







P 158



11
C. I. N. D. N. F. C. Pub. 20. num. 41.
DISPUTATIO INAUGURALIS
JVRIDICA,

De

1676.1.
P 158,
LITIS PEN-
DENTIA,
PRÆCIPUE CAMERALI,

Quam,

DEO T. O. M. PRÆSIDE,

Ex Decreto & Autoritate,

MAGNIFICI ET AMPLISSIMI,

IN CELEBERRIMA ARGENTORATENSIVM
UNIVERSITATE, JCTORVM COLLEGII,

Pro Summis in Utroque Jure Honoribus, ritè &
legitimè consequendis,

Solenni Eruditorum Examini submittit

GEORGIUS FRIDERICUS MUEG,
Argentoratensis.

Ad diem 5. Julii M. DC. LXXVI. h. lq. conf.

ARGENTORATI,
TYPIS JOHANNIS WELPERI.

KÖNIGLICH
UNIVERS.
ZV HALLÉ

S. R. IMPERII
ILLUSTRIS LIBERÆQUE
REIPUBLICÆ
ARGENTORATENSIS
MAGISTRATUI,
ATQUE
SENATUI UNIVERSO,
FELICI, PIO, BENIGNO,
VIRIS

GENEROSISSIMIS, MAXIME STRENUIS,
MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSI-
MIS, CONSVLTISSIMIS, ATQVE
PRVDENTISSIMIS,

PATRIÆ PATRIBUS,
DOMINIS SVIS GRATIOSISSIMIS,
Disputationem hanc Inauguralem

*Debitâ veneratione & devotione
offert & dedicat*

Civis ac cliens subjectissimus

Georgius Fridericus Müeg, Argent.



PROOEMIUM.

Difficilem controversiam sæpissimè inter Doctores, utrum lis in hoc vel illo iudicio inchoari, & inchoata usque ad finem permanere debeat? existere, notissimum est. Hæc difficultas me movit, ut, exantlatis non ita pridem feliciter Examinibus consuetis, & à Magnifico Jctorum, in Illustri hac Universitate Ordine, pro summis in utroque Jure honoribus, & privilegiis Doctoralibus, disputandi licentiâ honorifico decreto obtentâ, animum ad hanc materiam adjicerem. Verùm cum illam amplissimam esse deprehenderem, ita ut ejus usus, in omnibus, aut plerisque saltem foris, in his pagellis exhiberi vix posset, saltem ea quæ circa Litis pendentiam in Camerâ Imperiali obtinent, brevitatis studio hîc loco Disputationis Inauguralis exhibe-

A 2 re vi-

re visum fuit. Cæterum dignitas ac utilitas hujus materiæ sese uberrimè ac quotidie in praxi ostendit, ideòque argumento Ulpiani in *l. i. ff. de in integr. restit.* ulteriore commendatione non indiget. Cum verò universa tum demum benè gerantur, si principium rei sit decens & amabile Deo; *Novell. 6. in prefat.* inque nomine Domini nostri JESU Christi ad omnia consilia, omnesque actus semper progredi debeamus; *l. 2. in pr. C. de Offic. Præf. prat. Afric.* meritò ad DEI omnipotentis adjutorium animam meam erigo, supplexque oro, ut divino suo auxilio mihi adesse, & omnia ad divini sui nominis gloriam, & honorem dirigere velit. Tu verò, Benevole Lector, hunc nostrum conatum æqui bonique consule, & si in tractatione, vel ob ingenii tenuitatem, vel materiæ gravitatem erraverò, tuâ humanitate laboranti succurre: Nam omnium habere memoriam, & in nullo penitus errare, divinitatis magis quàm humanitatis est, ut ipse Imperator loquitur in *l. 2. §. 14. C. de vet. jur. enucl.*

THE-



THESIS PRIMA.

CUm in omni tractatione imprimis verba sint cognoscenda, *arg. l. 1. ff. de Just. & Jur. l. 1. §. 1. ff. de tutel. Magnif. Dn. Rebhan, Preceptor ac Patronus meus omni honoris & observantia cultu aeternum prosequendus, in Epist. Dedicat. Hodeget. prefix. Obrecht. de Jurisdic. lib. 1. cap. 1. num. 2. Briffon. in prafat. ad tit. de V. S. Daniel Otto, in Dialect. Jur. lib. 1. cap. 2. pag. 16. & explicationem eorum, quæ manifesta sunt, non negligendam esse, ipse Ulpianus in l. 1. §. 11. ff. de insp. ventr. doceat. Quid enim in rerum naturâ explicari, quid investigari, quid demonstrari potest, sine sermonis verborumque rem significantium beneficio, sine interpretationis ministerio? *Gædd. ad rubr. in pr. de V. S.* ideò, antequam me ad specialem susceptæ materiæ tractationem accingam, paucissimis generaliore quandam præcognitionem præmittam. Quæ absolvetur cum expositione nominis, tum definitione & divisione rei,*

II.

Expositio nominis consistit (1.) in Etymologiâ; quæ vel spectatur conjunctim, vel divisim; Conjunctim derivatur à *lite & pendere*; Divisim spectatum vocabulum *lis* primitivum est, adedque ejus derivatio Grammatica vix datur. Logica autem erit à li-

ETYMOLOGIA,



limitibus, i. e. terminis: quoniam primæ inter homines controversiæ de limitibus & amplificandis rerum dominiis cœperunt. Unde illud *Virgil. Lib. XII. Æn.*

Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.

Vid. cap. 10. extr. de V. S. & Magnif. Dn. Rebhan. in Hodeg. Jur. Chart. 2. clim. 4. par. 2. thes. 6. Idem iudicium esto de vocabulo pendere, quod à pennis avium tractum. Vid. ulterius Calepin. in sing. voce; & alios Lexicographos.

SYNONY-
MIA.

III.

Etymologiam excipit (2.) Synonymia. Dicitur *litis pendentia* etiam *lis cœpta*, *Blum. in Process. Cam. tit. 25. §. 48. lis pendens, in clem. cum lite. ut lite pendent. nih. innov. rubr. C. ut lite pendent. nih. vel post provoc. aut defn. sent & c. litigium pendens, l. 40. in pr. ff. de recept. qui arbitr. recepe. lis instituta, Schvvanman. Process. Cam. lib. 1. cap. 46. n. 32. iudicium pendens, Gail. de Pac. Publ. lib. 1. cap. 19. num. 1. & 10. Schvvanman. Process. Cam. lib. 2. cap. 9. num. 16. causa pendens. l. 2. C. ut lit. pend. vel post prov. & c.*

IV.

HOMONY-
MIA.

Sequitur (3.) Homonymia seu diversa significatio vocabuli *litis*. Sumitur autem vel *proprie*; ut idem significet, quod controversia, & quidem generalius sumptum, quamcunque disceptationem, etiam extrajudicalem comprehendit; specialiter verò, eam tantum, quæ in iudicium deducta est, ibique ritè ventilatur; *l. 36. ff. de V. S. atque inde dicitur litis contestatio, rubr. Cod. de lit. contest. & res in litem deduci, l. 31. §. 1. ff. de novat. & delegat. vel improprie & metonymicè accipitur, pro re ipsâ, quæ*
in

in controversiam deducitur: atq; hoc significatu res
 in litem deducta æstimari dicitur. *l. 47. ff. de R. V. l. ult. ff.
 de condict. triticiar. l. 8. ff. de eo quod cert. loc. l. 1. l. 8. ff.
 de in lit. jur. vid. Magnif. Dn. Rebhan. in Hodeget. jur.
 Chart. 2. clim. 4. par. 2. thes. 6.* Aliquando etiam lis su-
 mitur pro iudicio; *l. 4. §. 1. C. de iudic. Nov. 18. c. 8. ibi:
 lites eorum minores efficiuntur. Umm. Disput. ad Pro-
 cess. Judic. 12. th. 1. n. 1.* pro Instantia; *Umm. d. l. & huic
 aliquando opponitur; ut in l. 73. §. pen. ff. de iudic. pro
 Actione. d. l. 36. ff. de V. S. ibiq; Gædd. num. 17. Blum.
 in Process. Cam. tit. 25. §. 48. & seqq. Umm. Disput. ad Pro-
 cess. Judic. 12. th. 1. n. 1.* Pendere variis quoque modis
 dicitur; ut pendere conditio diesvè dicitur, cùm ad-
 huc eventus expectatur; pendere quoque dicuntur
 fructus, quamdiu solo cohærent, & terrâ continen-
 tur; *l. 44. ff. de R. V. l. 15. in pr. ff. de pignor.* pendere
 actus pro prorogari & differri; *l. fin. ff. commur. pr. ed.
 ibiq; Gothof. in not. pendere etiam dicitur, quod aliun-
 de proficiscitur, manat, sustinetur; hæ actiones ex bo-
 nis defuncti pendent. l. 66. §. 2. ff. ad Sctum Trebell.*

CIVILIS
 CRIMINALIS
 REPTA
 REPTA
 REPTA
 REPTA
 REPTA

V.
 Est autem *litis pendentia* actus judicialis, quo
 causæ per supplicationem & citationem legitimè
 emanatam atque insinuatam, in illo iudicio, ubi
 coeptæ & emanatæ sunt, permanere debent. Dicitur
 autem hîc, *actus*, ex mente *l. 19. ff. de V. S.* & judicia-
 lis, nullâ ramen existente contradictione eorum,
 quæ in sequenti thesi adducemus; cum & illa extra
 judicialis suo modo ritè & legitimè judicialis appel-
 lari queat. Uberiorem definitionis explicationem
 subsequentiâ suppeditabunt.

DEFINITIO
 REALIS

VI. Cùm



DIVISIO.

VI. Cum *litis pendentia* semper sit una eademque, ejus divisio difficulter datur. Ratione modi in Camera Imperiali, potest dividi in judicialem & extrajudicialem strictè sic dictam, quod videlicet in Audienciâ posterior non celebretur; uti hæc differentia in Camera solennis est, dum nempe omnino, quod non in Audienciâ peragitur, extrajudicialiter agitari dicitur, teste *Blum. in Process. Cam. tit. 59. §. 21.*

VII.

CAUSA EFFICIENTIS REMOTA & GENERALIS.

Causa efficiens alia generalis & remota est, alia propinqua & specialis. Remota est *Judicium*. Nam sine iudicio talis *litis pendentia* non inducitur; & antequam res in iudicium deducta est, nulla lis est; sed demum post deductionem & iudicium acceptum, antea tantum controversia dicitur, & res tum litigiosa facta, cum lis denunciata est. *l. 1. in pr. ff. de litigios. Blum. Process. Cam. tit. 25. §. 51.* Propterea enim iudicia constituta sunt, ne quis sibi ipsi jus dicere, aut id quod suum est, vel sibi debetur, privatâ auctoritate invadere vel auferre possit, *tot. tit. C. ne quis in sua caus. judic. vel jus sibi dicat l. 13. ff. quod met. caus. l. 14. C. de jude. & cælicol. l. 176. ff. de R. J. ibiq. Gothofred. lit. u.* sed ordinariâ viâ procedere, & iudicem adire debeat: sine hoc enim omnis rei controversæ disceptatio nulla & inutilis est, & nunquam componetur; is solus est, qui causam controversam dirimere potest; ita ut si causa coram ipso non examinetur, nunquam eam cognoscere, multò minus suâ sententiâ decidere queat. *Vmm. Disput. ad Process. Jud. 1. thes. 1. num. 3.*

VIII. Causa

VIII.

Causa efficiens propinqua sive specialis *litis pendentia* alia propior alia proxima est; Causa propior est *supplicatio pro Processibus*. Cum enim, uti præcedenti thesi dictum, nemo ipsi sibi jus dicere possit, per l. 13. ff. quod met. caus. nec Judex officium suum cuiquam, nisi rogatus, ad privatam utilitatem, impertiri debeat & soleat, l. 4. §. 8. ff. de damn. infect. l. 68. ff. de judic. l. 1. §. 1. ff. de jur. deliber. Gail. 1. observ. 50. n. 6. Petr. Frider. Mindan. de Process. lib. 1. cap. 1. num. 6. & tam in inchoando, quam profequendo Processu, *literæ* (quæ per Synecdochen à Blum. in Process. Cam. tit. 64. §. 2. vocantur *Processus*, quia processui Cameraali expediendo inserviunt. Germ. *Gerichtsbrieffe*. Concept. Renov. Ord. Cam. part. 3. tit. 12. §. 7. Die Citationes und andere Gerichtsbrieffe / so durch das Cammer-Gericht erkandt / sollen unter Unserem Kayserl. Namen und titul / auch Kayserl. Insiegel aufgehen) ad partem adversam emanare debeant; hæ vero non aliter à Judice Camerae, quam ad instantiam litigantium decernantur, Concept. Renov. Ord. Cam. part. 3. tit. 12. in pr. ideò ad ejusmodi Processus impetrandos supplicatione opus est. Umm. Dissut. ad Process. Jud. 5. thes. 2. n. 6. Blum. Process. Cam. tit. 64. §. 2. & libellus vel supplicatio summo Principi seu Imperatori oblata, propter singularem quandam prærogativam inducit præventionem ac *litis pendentiam*, ex rescripto Impp. Arcadii & Honorii in l. 1. C. quando libell. Princ. dat. fac. lit. contest. quia nimirum operatur *litis contestationem*, per quam in judicio quasi contrahitur. l. 3. §. 11. ff. de pecul. Carpzov. in Process. Jur. Forens. Saxon. Tit. IX. art. III. §. III. n. 25.

CAUSA EF-
FICIENS
PROPIN-
QUA.

B

IX. An

IX.

An verò hoc ad Camera Imperialem, quia soli Imperatori specialiter jus hoc iudicium est, extendi possit? quæritur, & affirmatur: (1.) Quia Camera Imperialis in processu juris eodem privilegio ac jure nititur, quo ipse Imperator, sive Judicium Cæsareæ Majestatis Aulicum. Nam Camera Imperatorem repræsenterat, ejusq; vice judicat, nomine ac sigillo Imperatoris causas tractat & decedit, *Gail. 1. obs. 1. n. 7. & tit. 27. §. und soll der Verwalter. Tob. Paurmeist. de Jurisd. lib. 2. cap. 5. n. 35. Limn. de Jur. Publ. lib. IX. c. 2. n. 54. Roding. in Pand. Cam. lib. 1. tit. 3. §. 5. & 6.* Quæ insignia tanti momenti sunt, ut, quæ specialiter competunt Imperatoriæ Majestati, non possint non etiam attribui Camera Imperiali. *Carpzov. in Process. Jur. Forens. Saxon. tit. IX. art. III. §. III. num. 31.* (2.) quia Camera Imperialis cum Imperatore sive Judicio Aulico concurrentem habet jurisdictionem. *Gail. 1. observ. 1. n. 7. obs. 29. n. 2. & obs. 41. n. 8. Tob. Paurmeist. de Jurisd. lib. 2. cap. 5. num. 33. Petr. Frider. Mindan. de Process. lib. 1. cap. 4. n. 6. Schvvanman. obs. Cam. 4. num. 1. Blum. Process. Cam. tit. 25. §. 41. Roding. in Pand. Camer. lib. 1. tit. 3. §. 5. & ideò Imperator causas in Camera Imperiali pendentes, neque motu proprio, neque ad instantiam partis avocare & ad se trahere potest. per text. in Ord. Cam. part. 2. tit. Das dem Cammer. Gericht sein starcker Lauff gelassen werden soll. 35. Recept. Imper. Aug. de Anno 1548. §. folgendes aber. 24. in fin. Recept. Imp. de Anno 1654. §. Damit aber auch. 165. & §. Ebenmässig sollen 166. Capit. Ferdin. III. §. und insonder*

sonderheit. 27. & moderni Invictissimi Imperatoris Leopoldi. §. ob auch einiger Chur. Fürst. 26. Instrum. Pac. artic. 5. §. ult. Atque ita etiam judicatum in Camera Imperiali, in Sachen Statt Speyr contra Mühlbergeren & Consorten; ubi citatio ad videndum se incidisse in pœnam Noviss. Recess. Imper. de Anno 1654. §. Ebenmässig sollen. 166. fuit decreta atque emanata d. 24. Januarii 1671. Add. Gail. 1. observat. 41. n. 3. & seqq. Gylman. voc. Litis pendentia. Graeven. 1. conclus. 41. num. 2. Bocer. de Jurisdic. cap. 7. n. 53. Besold Thes. Pract. verb. Abforderung. Knipschild. de Privil. civit. Imper. lib. 2. tit. 33. num. 29. & seqq. Schrader. de Feud. part. 10. sect. 1. n. 183. Heig. part. 1. quest. 9. n. 34. Herm. Vultej. in l. 1. Cod. de jurisdic. num. 174. Imperator enim per modum contractus in ordinationem consensit, ideoque ad ejus observantiam de jure communi tenetur, per ea quæ tradunt DD. communiter in l. 4. Cod. de LL. Gail. d. observat. 41. num. 3. Theodor. Reinking. de Reg. Sec. lib. 2. Class. 2. cap. 14. Limnaus de Jur. Publ. lib. IX. cap. 2. n. 60. Roding. in Pand. Camer. Lib. I. tit. 3. §. 9. Imò & longè ampliorem habere Jurisdictionem Camera Imperialem, quàm Judicium Cæsareæ Maiestatis Aulicum, asserit Carpzov. in Process. Jur. Forens. Saxon. Tit. IX. art. III. §. III. num. 35. scil. non solum ab ipsomet Imperatore, sed & à reliquis Statibus ac toto Imperio sibi concessam: Recess. Imper. de Anno 1541. §. und damit außserhalb. Unde formulæ authoritatem totius Imperii implicantes profluxerunt, Unser und des Hensl. Reichs Cammer. Gerichts. Ordnung. Ord. Camer. Wormat. Anno 1495. in pr. Unser und des Hensl. Reichs Cammer. Gericht. Defens. Pac. de Anno 1495. Hinc si

quid dubii inter ipsos Camerales, quod determinare haud valeant, oriatur; id non solum Imperatoris, sed simul Statuum decisioni submitunt. *Recess. Imper. de Anno 1555. §. ferner nachdem. 103. Limn. de Jur. Publ. lib. IX. cap. 2. num. 55.* Unde meridianâ luce clarius esse dicit *Carpzov. in Process. Jur. Forens. d. Artic. III. §. III. n. 37.* Camera Imperialem non modo Cæsareæ Maiestatis, sed etiam Statuum Imperii personas simul repræsentare, atque hinc ex dispositione *d. l. 1. Cod. quand. libell. Princ. obl. &c.* per solam supplicationis vel libelli oblationem jurisdictionem Camerae præveniri.

X.

CAUSA EF-
FICIENS-
PROXIMA.

Causa efficiens proxima est *Citatio*, ritè decreta, reo legitimè insinuata, in qua causa expressa sit, ut reus instruatur, quam ob causam in iudicium vocetur. *per text. in Clement. cum lite. ut lite pendent. nih. innov. Gail. 1. observ. 74. num. 16. Berlich. Decis. I. n. 1. Obrecht. de Jurisdic. lib. 4. cap. 8. n. 14. Blum. Process. Camer. tit. 25. §. 52.* Hic multi in contrarium abeunt, nescio quibus fundamentis moti; nos, & auctoritate, quotidianâ praxi, & rationibus nixi modò dictis firmiter in hæremus. Quoad prius scilicet auctoritatem, textus palmaris est *in l. ultim. §. 2. C. de in jus voc. ibi: post admonitionem reo oblatam, ibiq. DD. similiter in Ord. Jud. Aul. Cæs. tit. 2. §. penult. ibi: wann nemblieh solche Sachen allbereit daselbsten / durch außgewürckte und insinuirte Citation anhängig gemacht worden.* Sic quoad praxin nuperrimè id observatum fuit in causâ *Jordanischer Erben contra Friedele*; ex ratione, (1.) quòd citatio sit actus, qui sine iurisdictione exerceri nequit, & negari non possit

possit, illum jurisdictione uti, qui citationem committit, cum ea sit quasi interlocutoria. *Gloss. in l. 25. C. de Episc. & Cler.* Nam si solo decreto citationis, licet ad citatum citatio non pervenerit, jurisdictio præveniri dicitur, manifestè elucescit litis pendentiam exinde oriri, uti non solum è *thesi 23. de effectu* elucebit, sed & per ea, quæ tradit *Abb. & Dec. in c. gratum. n. 2. & 3. X. de offic. delegat.* sic in causa *Bircken* contra *Speyr* conclusum d. 20. Aug. Anno 1572. exceptionibus non obstantibus, ubi reis litis contestatio injuncta. *Guido Pap. dec. 275. num. 2. tùm (2.)* quòd judicia fierent elusoria, atque in fraudem legis committeretur, simulque litium immortalitas existeret, quarum abbreviandarum studio legislatores summoperè incumbunt. *l. 13. C. de judic. Wehner. in obs. pract. voc. Justitiz. Wesen.*

XI.

Ut autem per citationem *litis pendentia* introducatur, sex requisita necessaria esse, ex *Zabarella in d. Clem. cum lite* dicit *Mynsing. centur. 4. observat. 26. num. 2. Gail. d. l. Primò*, citatio debet emanasse. Rei enim suâ sponte non comparent, sed semper judicia declinant, effugiaque quærunt; *arg. l. 83. §. 1. ff. de V. O.* ideò, ut reus compareat, opus est citatione. *Berlich. conclus. VII. num. 1.* Secundò, à iudice competente profecta esse debet: ubi quæritur, an citatus ab incompetente iudice, nihilominus comparere debeat? *Dist. Struv. in S. J. C. Ex. V. thes. XIV.* si notoria est incompetencia iudicis, impunè non pareretur; *l. fin. ff. de jurisdict. l. 53. §. ult. ff. de re judic. cap. 12. de sent. excommunicat. in 6to. Gail. 1. observ. 48. n. 7. & seqq.* si verò dubitari poterit, an jurisdictio in ci-



tatum fundata sit, nec ne, comparere debet. *l. 5. ff. de judic. l. 2. ff. si quis in jus vocat. non ierit.* Quæ distinctio licet satis probabilis sit, & manifestò sustentetur *in d. l. 2. vers. ut hoc ipsum sciatur an jurisdictio ejus sit*, absolutè tamen non, sed cum aliquâ restrictione accipienda est, ut scil. vera sit, si quis citatur à judice ordinario generaliter; secus si iudex ordinarius est singularis, vel inter paucos, ut est Dominus feudi, vel curia Domini, tunc enim citatus non tenetur comparere; nisi verè constet jurisdictionem esse citantis. *Berlich. conclus. VII. num. 6. & ibid. citat. Curt. jun. tract. feud. part. 7. n. 4. sub fin. Modest. Pistor. vol. 2. cons. 12. quest. 2. num. 84. post pr.* Quia litigare coram iudice incompetente, nihil aliud est, quàm litigare coràm homine privato, qui potestatem non habet jus dicendi; tantum abest, ut coram eo ulla induci possit præventio vel litis pendentia. *l. 3. ff. de Offic. Præs. l. 1. l. 2. ff. de Offic. Proconsul. l. ult. ff. de Offic. Præs. Urb.* Tertiò, oportet eam ad citatum pervenisse, aut per eum stetisse, quo minus perveniret. *d. Clem. cum lite. ut lit. pend. & c. Gail. 1. observ. 54. Umm. Disp. ad Process. Jud. 5. thes. 11.* Quartò, requiritur ex tenore citationis citatum plenè cognoscere potuisse, quâ de re futura sit controversia. De jure Camerali novissimo in citationibus non solummodo causa, ob quam quis citatur exprimenda est, sed quivis supplicans pro impetrandâ citatione libellum summarium, in quò factum breviter, nervosè, dilucidè, distinctè ac clarè, vel si ipsi ita visum fuerit, seu causæ amplitudo ac circumstantiæ id exposcant, punctatim conceptum ac deductum sit, eumque libellum aut supplicationi insertum, annexâ petitione,

ne, ut reus non solum citetur, sed & condemnetur, aut separatim à supplicatione exhibere, sub comminatione denegandæ citationis, atque hunc separatim libellum, unà cum impetratâ citatione reo, quò hic ex illis omnibus, actoris intentionem penitus percipere, ac maturè deliberare queat, utrum cedere an contendere velit, sub comminatione denegandi proclamatis, in contumaciam rei non comparentis, insinuari curare tenetur. *Recess. Imper. de Anno 1654. §. Diesem nechst. 34.* Si verò supplicans libellum separatim exhibere nolit, id in suâ supplicatione indicare tenetur, & tunc ad minimum libelli tenor citationi inferendus est; adjectâ hac admonitione, quod narrata citationis in primo termino reproductionis, loco libelli sit repetiturus, aliàs citatio non subsistit, nec reum ad comparandum arctat, neque in contumaciam procedi potest. *d. §. 34. Blum. Process. Camer. tit. 65. §. 21.* Quintò, citatio apta esse debet, ut per *Gloss. in d. Clem. cum lite & Sextò à nuncio legitimè & sufficienter insinuata. Gloss. in fin. d. Clem. cum lite. in fin. Concept. Renov. Ord. Cam. part. 1. tit. 51. in pr.*

XII.

Hinc citationem, non litis contestationem, diximus esse litis pendentiae causam efficientem proximam. Ac licet quis regerat, ante litis contestationem nullam esse litem, neque instantiam, neque processum, per *l. 15. ff. rem rat. haberi. l. ult. C. de Except. l. unic. C. de litis cont.* attamen si vocabulum litis generaliter accipiamus, de assiduâ flagitatione omnique actu, litis contestationem præcedente, prout fit in *§. l. l. de pœnatemer. litig. l. ult. §. fin. ff. de pignor.*

gnor. act. l. 16. Cod. de transact. verè dicitur processus agitari etiam ante litem in specie sic dictam & contestatam. *vid. l. 73. §. ult. ff. de judic.* Nam controversia circa rem, tam extrà, quàm in iudicio esse potest: postquam verò eadem controversia in iudicium introducta est, demum lis appellatur. *Marant. part. 5. num. ult.* Nam si lis ante sui ipsius contestationem non existeret, nullo modo posset contestatio fieri, quoniam non entis, nulla sunt accidentia. *vid. Carpzov. Process. Jur. Forens. Saxon. Tit. VI. art. IV. §. II. n. 18. 19. & 20. Blum. Process. Cam. tit. 25. §. 51.*

XIII.

Hinc quoque inter DD. acris est controversia, utrum vocatio in jus, vel ut hodiè appellamus citatio, sit principium actionum instituendarum? quod ratione personarum in iudicio intervenientium, videlicet, quatenus agitur de jurisdictione iudicis perpetuandâ, item præventionem jurisdictionis verum est. Omne enim iudicium simul ex personis & re controversâ constituitur, ut non abs re sit, si diverso respectu iudicium modò à citatione, modò à litis contestatione initium sumere contendamus. Alii, *ut Græven. 1. conclus. 74. num. 4. & Vult. Dissert. Scholast. 1. pag. 156.* ex antiquo litigandi more illam difficultatem componunt, referente & improbante *Ummio Disput. ad Process. Jud. 12. th. 5. num. 23.* Nonnulli malunt cum *Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Disput. 12. thes. 2. lit. A.* asserere, quod citatio nec pars sit, nec initium iudicii, cùm nulla adhuc controversia sit, & ad eum tantùm finem fiat citatio, ut pars compareat; quæ si contradicat, tum demùm disceptationem, in quâ iudicii essentia sit, enasci. Sed si paulò laxiùs, *uti*
suprà

suprà th. preced. monuimus, universam illam tractationem sub iudicii nomine comprehendamus; citatio benè illius principium appellari poterit. *Ludw. vel. ad §. 3. 1. de pæn. temer. litigant. num. 2. Bachov. d. 1.* Hinc benè *Obrecht. de litis contest. c. 1. n. 8.* citationem instituendæ actionis exordium, litis verò contestationem litis exordium nominat. *Mev. part. 2. Dec. 10. n. 6.*

XIV.

Materia sunt omnes causæ, quæ non prohibentur. Prohibentur autem in Camerâ I. Feudales certo modo. Distinguendum enim inter feuda, quæ sunt Principatus, Ducatus, Comitatus &c. & reliqua feuda inferiora. Quoad feuda Ducatus, Principatus, Comitatus &c. subdistinguendum; aut enim illa bona in totum & per definitivam alterutri auferenda sunt, & tunc illorum cognitionem sibi reservavit Imperator: *Concept. Renov. Ord. Cam. part. 2. tit. 7.* aut controversia est vel circa petitorium, vel circa possessorium, & quæritur, utrum *d. t. 7.* de utroque intelligendus? & respondet *Blum. Process. Cam. tit. 41. §. 4.* quin de petitorio intelligatur, nullum dubium esse. Circa possessorium verò quidam distinguunt inter plenarium, & summarium, seu momentaneum: in summario possessorio bonorum feudalium cognitionem ad Cameram spectare, si illa Imperatorem præveniat; quia sententia in summario possessorio lata, non perpetuum, sed momentaneum & reparabile præjudicium adfert, quod in ordinario possessorio restaurari queat; cum sit mera puraque interlocutoria, neutri parti, tam in possessorio ordinario, quàm petitorio præjudicialis. *Gail. 1. obs.*

C

1. obs.

1. *obs. 7. n. 6.* In plenario verò possessorio, quia magni præjudicii est propter commodum possessionis, & sententia, quæ super eo fertur, est definitiva, nec aliam post se super possessione expectat sententiam; *Gail. 1. obs. 7. n. 4.* cognitionem non ad Cameram; sed ad solum Imperatorem vigore *d. tit. 7.* pertinere, existimat *Gylman. voc. Aussträge. §. si tamen. add. Schrader. de Feud. part. 10. sect. 2. num. penult. & ult. Blum. Process. Cam. tit. 41. §. 2. 3. 4. & 5.*

XV.

Quod reliqua feuda inferiora attinet, si inter duos Vasallos, non de Principatu, Ducatu, Marchionatu, aut Comitatu, sed de aliquo alio feudo lis vel controversia est, Imperator tanquã feudi Dominus, ut & Camera, si Imperatorem præveniat, iudex erit; *Gail. 1. obs. 29. per tot. Blum. Process. Cam. tit. 41. §. 8.* & ita si partes prius Cameram, quàm Imperatorem adeant, atque citationem petant, in Camerã citatio, jure præventionis decernitur; *Schvvanman. obs. Cam. 11. n. 2.* quia id Imperator sibi expressè non reservavit, & in non expressis, statur dispositioni juris communis, & præventio locum habet. *Gail. d. obs. 29. n. 7.* Si verò causæ sint exceptæ, & solius Imperatoris cognitioni reservatæ; tunc Imperator illas pro lubitu avocare, & Cameræ inhibere potest, ne illas tractet. *arg. cap. 6. & ibi DD. com. X. de for. compet. Vult. ad l. 1. n. 168. C. de jurisdict. Reinking. de Reg. sec. lib. 2. Class. 2. cap. 14. n. 114.* Itidem prohibentur causæ in Camerã quando contentio est; daß die streittige Herrschafft nicht vom Beklagten / sondern vom Reich zu Lehen rühre / quia solus Imperator de isto litigio cognoscit. *Blum. Process. Cam. tit. 41. §. 10.*

XVI. II.

XVI.

II. Causæ excipiuntur Criminales, pœnam corporis afflictivam complectentes, **Peinliche Sachen / die Leibstraff auff ihnen tragen /** quæ neque per viam simplicis querelæ, neque per appellationem in Camerâ recipiuntur; neque ab ejusmodi causis, ex consuetudine Germaniæ appellationes admittuntur, uti lege publicâ Imperii in *Comit. Augustan. de Anno 1530. §. item als jetzt etlich Zeit. 95. Ord. Cam. part. 2. tit. 28. §. item nachdem auch. 5. dispositum; & Concept. Renov. Ord. Cam. part. 2. tit. 31. §. 14. ibi*: item nachdem auch dem alten hergebrachten Gebrauch im Heyl. Reich zuwider / daß in Peinlichen sachen Appellation zugelassen werden sollen: ordnen und wollen wir / daß hinfürter in Peinlichen Sachen / die Leibstraff auff ihnen tragen / am Kayf. Cammergericht kein Appellation angenommen / sondern angeregtem Gebrauch nach gehalten werde. *Add. Gail. 1. obs. 1. n. 27. & 28. & obs. 65. n. 5. & de Pac. Publ. lib. 1. cap. 20. n. 36. Mynsing. cent. 4. obs. 41. n. 3. Schvvanman. obs. Cam. 175. n. 34. & in Different. jur. Civ. & Cam. Diff. 18. n. 4. Petr. Denais. in Jur. Cam. t. 32. §. 1. Uimm. Disp. ad Process. Jud. 4. n. 82. Carpz. p. 1. const. 20. def. 20. Blum. Process. Cam. tit. 43. §. 2. Roding. in Pand. Camer. lib. 1. tit. 31. in pr.* Ex hac forassis ratione, quòd aliàs in summo hoc tribunali ob causarum multitudinem & prolixitatem processus, impunitas delictorum, non rarò morte reorum executionem præveniente, metuenda esset. Ita nec appellatio procedit in mulctis, sive pœnis pecuniariis, si non sint suâ naturâ tales; sed in locum pœnæ corporis afflictivæ succedant. *Mynsing. cent. 4. obs.*

C 2

41. n. 4.



41. n. 4. *Roding. in Pand. Cam. lib. 1. tit. 31. pag. 416.*
Blum. Proceß. Cam. tit. 43. §. 11. Nam furrogatum
 naturam ejus, cui furrogatum est, sapit. *l. 1. §. 10. ff.*
si is qui test. lib. esse juß.

XVII.

III. Excipiuntur causæ Spirituales & Eccle-
 siasticæ ; ut sunt (1.) matrimoniales. *Can. 10. caus. 35.*
quæst. 6. cap. 13. cap. 18. X. de sponsal. cap. 3. X. de divort.
l. penult. C. de Episcop. audient. quæ neq; per viam sim-
 plicis querelæ, neque per appellationem in Camerâ
 admittuntur. *Concept. Renov. Ord. Cam. part. 2. tit. 1.*
§. ult. Memor. Visitat. Anno 1570, 8. Decemb. §. wann
 auch der Kayf. Mayt. in etlichen visitationen, rela-
 tionen und Abschieden fürkommen / daß Ehesachen
 am Cammergericht angenommen / da doch in sol-
 chen Fällen / das Cammergericht nicht fundirt;
 Als will man Cammerichtern und Besitzern befoh-
 len haben / solche oder auch andere Sachen / so dahin
 nicht gehörig / keines wegs anzunehmen. *Gail. 1. obs.*
112. n. fin. Reinking. de Reg. Eccles. lib. 3. class. 1. cap. 10.
n. 14. & seqq. Petr. Frider. Mindan. de Proceß. lib. 1.
cap. 10. n. 2. Roding. in Pand. Cam. lib. 1. tit. 31. §. 4.
Blum. Proceß. Cam. tit. 43. §. 14. Quoad nullitates
 tamen in Camerâ tractantur ; evolvendus hac de re
 est *Reinking. de Reg. Eccles. lib. 3. class. 1. cap. 10. num.*
16. (2.) Causæ directò religionem concernentes.
 Dereligionis enim & fidei articulis, Ecclesiastici tan-
 tum cognoscunt. *Scip. Gentil. lib. 3. de jurisdic. 15. l.*
6. C. de SS. Eccles. Umm. Disp. ad Proceß. Jud. 4. th. 13.
n. 70. Item (3.) si agatur de Decimis, *cap. 26. X. de*
Decim. (4.) de jure Patronatus, *cap. 3. X. de Judic.* (5.)
 de jure Advocatiæ. Sumitur autem hoc loco advo-
 catia

catia pro tutelâ ac defensione, iacerdotalis alicujus collegii, veluti Abbatia vel Monasterium, quibus prædia & vectigalia quædam attributa sunt, quorum potentem aliquem vel Comitem, vel alium Nobilem, sibi defensorem ac patronum cooptabant. Quæ causæ cum speciales sint, speciales quoque iudices habent, & singulare quoque forum constituunt. Harum enim causarum cognitio ad Iudicem Ecclesiasticum spectat, adeò, ut si in causam secularem incidant, remittendæ sint ad Ecclesiasticos, *Uimm. Disp. ad Process. Judic. 4. thes. 13.* & interim suspendatur ac cesset civile iudicium. Ita iudicatum in Camera in causâ Domini Michaëlis Gills Præpositi in Neuhaußen / & Comitis de Leiningen / 21. April. Anno 1542. Item in causa Martini Isicken / contra Comitem de Hohenloe, & in causa Decimali ratione Parochiæ in Michelfeld; an scilicet Comitis subditi in pagis seu villis assignatis, tenerentur actori solvere decimas, fuit iudicatum ex officio; daß dieser Punct für den ordentlichen geistlichen Richter zu remittiren und zu weisen sey. und alsdann nach beschehener Erörterung ferner ergehen soll / was recht ist / uti refert & testatur *Mynsing. cent. 1. obs. 100.* atque ita Camera tanquam iudex secularis, de rebus Spiritualibus atque Ecclesiasticis, cognoscere nequit. *Blum. Process. Cam. tit. 43. §. 14. & 19.*

XVIII.

IV. Ad Camerae jurisdictionem quoque non pertinent causæ moderationem; & si quid contra procedendi ordinem dubii oriatur, Imperator à moderatoribus est consulendus. *Reichs-Abschied zu Augspurg de Anno 1555. §. und wiewohl wir / 133. De-*



nais. jur. Cam. tit. moderationum causa, 191. §. 5. Paurmeister. de jurisdic. lib. 2. cap. 5. n. 100. Item V. causa voluntariae jurisdictionis; Reinking. de reg. sec. lib. 2. class. 2. cap. 14. n. 26. veluti concessio veniae ætatis, Bocer. de regal. cap. 2. n. 133. Norderman. de jur. Princip. conclus. 89. lit. C. privilegiorum datio atque confirmatio, famæ restitutio, spuriorum legitimatio, legum & constitutionum sanctio; Sixtin. de regal. 1. cap. 4. n. 8. Thom. Michaël. de jurisdic. conclus. 11. 31. & seq. & VI, Causæ quæ specialiter jurisdictioni Imperatoris reservatæ sunt. Thom. Michaël. de jurisdic. conclus. 33. Gothofr. Anton. de jurisdic. Cam. conclus. 24. Knipschild. de jur. & privil. Civit. Imper. lib. 2. cap. 33. n. 1. 153. & seqq. Reinking. de regimin. sec. lib. 2. class. 2. cap. 14. n. 27.

XIX.

FORMA.

Effet & hîc adjiciendum aliquid de formâ litis pendentia, quæ in obtentâ atque insinuatâ citatione consistit; verum cum illa affatim ex superioribus thesibus colligi queat, diutiùs illi immorari, minimè necessarium esse duxi; pergo nunc ad Finem.

XX.

FINIS.

Finis litis pendentia varius est. I. ut lites fiant mortales, neve litigia sint æterna; interest enim Reipublicæ lites citius finiri, per l. 13. C. de jud. l. 2. in pr. ff. de aquâ & aqu. plu. arcend. l. 13. §. 3. ff. de usufruct. & quemad. l. 21. ff. de reb. cred. Carp. in Process. Jur. For. Sax. Tit. 1. art. 1. §. 4. n. 55. II. Interest quoq; Reipublicæ, ne lites, quæ apud unum judicem commodius unâ actione tractari possunt, apud diversos judices, diversis institutis actionibus malitiosè proponantur: quia lites, quæ varia in Republica mala pariunt, hoc modo
 abbre-

abbreviantur & tolluntur, non sine magno subditorum ac Reipublicæ commodo. *d. l. 13. C. de judic. l. 1. vers. prætereà ff. de quib. reb. ad eund. jud. eatur Obrecht. de jurisdict. lib. 3. cap. 15. n. 2. & 3.* III. Ne judicia superfluis & inutilibus litibus onerentur, ut judex eo meliùs & citiùs cæteris litigantibus justitiam administrare possit, cum magno Reipublicæ fructu; & ne propter unam eandemque causam à duobus iudicibus aliquis vexetur, & pro lubitu ab uno iudiciò ad aliud trahatur, maximâ litigantium molestiâ, qui non tantùm immodicis sumptibus premuntur, sed & ex unâ lite, multas facere coguntur; quod periculosum, maximè si diversa pronunciarentur. *l. 6. ff. de except. rei judicat.*

XXI.

Litispendentix I. effectus est *Præventio seu præ-occupatio*: quæ, cum ejusdem rei personæ jurisdictione penes duos iudices est, & alter cognoscere priùs cœpit, vel quando pluribus iudicibus competit jurisdictione ut singulis, quolibet in eâdem causâ jurisdictionem habente in solidum, inducitur. Quandoque enim præventio per in jus vocationem seu citationem inducitur; ut, quotiescunque tractatur de præventionem exercitii jurisdictionis inter plures concurrentem jurisdictionem habentes, præventio causæ per solam citationem fit. *per l. 7. & l. 30. ff. de judic.* Hinc is, qui post citationem factus est miles, forum postea in præjudicium causæ præventæ mutare nequit. *per text. in cap. 19. X. de for. competent. ratio, quia generalis est juris regula; quod privilegia, quæ pendente iudiciò causæ accedunt, causam non mutant. d. l. 7. ff. de judic. l. penult. §. 7. ff. de jur. immunit.*

EFFECTVS.

12 4



munit. l. 13. §. 3. ff. de vacat. ne aliàs in arbitrio rei sit, assumèdo clericalem, militarem, vel hujusmodi alium privilegiatum statum, contra omnem juris & æquitatis rationem, forum judicis declinare, & sic judicem & actorem jure quæsito privare. *Obrecht. de jurisdict. lib. 3. cap. 14. num. 34. & 35.* Quandoque per litis contestationem; nempe ubi duo prætendunt eandem rem, ex duabus causis, quæ simul subsistere possunt, sed illæ causæ originem habuerunt eodem tempore, tunc illi suffragatur præventio, qui prius devenit ad litis contestationem. *l. 33. ff. de legat. 1.* Quandoque per libellum; quando nimirum tractatur de præventionem quoad ordinem procedendi, videlicet si tractetur inter duos litigantes, quorum unus vult audiri in suis rationibus ante alium, ille dicitur prævenisse, qui prius libellum proposuit. *l. 29. ff. de judic. l. 13. ff. eod.* Interdum per sententiam; quando scil. duo contendunt invicem de eadem re, & ex eadem causâ, ille dicitur prævenisse, quoad suæ petitionis consequendum effectum, qui prius sententiam obtinuit. Quia cum impossibile sit, utrumque fovere bonum jus, sequitur omnino expectandam esse sententiam, ut saltem præsumptivè sciatur, quis utatur meliori jure; quia ex parte ejus, qui sententiam favorabilem obtinuit, militat præsumptio boni juris. *l. 57. ff. de petit. hered. l. 57. ff. de rei vindicat. vid. Bart. in l. 33. ff. de legat. 1. DD. in l. 7. ff. de judic. & Canonistas cap. pen. X. de for. competent.* tunc enim jurisdictio tam judicis, quam partium consolidatur, ita ut alius judex præventus, non possit causam sive litem pendentem amplius acceptare, sed ubi iudicium cœptum est, ibi quoque finiendum

fit:

lit: l. 30. ff. de judic. ibique Gloss. l. 19. ff. de jurisdic. cap. 19. X. de for. competent. & hoc usque adeò procedit, ut ne heres quidem possit uti privilegio, judiciò semel coeptò contra defunctum. l. 19. in pr. & l. 34. ff. de judic. Unde si partes priùs Cameram, quàm Imperatorem adeant, & citationem petant, jure præventionis illa decerni, & causa ibidem agitari poterit; per text. in cap. 8. de offic. & potest. judic. delegat. in 6to. quia nimirum Camera cum Imperatore concurrentem habet jurisdictionem, uti supr. Th. IX. dictum, vid. Gail. 1. obs. 29. n. 3. & in ordinariis judiciis, qui pares sunt in jurisdictione, præventio locum habet. Gail. d. obs. 29. n. 4. Schvvanman. obs. præct. 4. n. 3. Umm. Diss. ad Process. jud. 12. th. 5. n. 23. Et idè si non obstante præventionem judex concurrens vellet in causâ procedere, contra eum opponi posset de defectu jurisdictionis, non per modum incompetentiæ; sed per modum præventionis. Gail. d. obs. 29. n. 5. 6. & 7. Petr. Francisc. de Tonduti in tract. de Prævent. judic. part. 1. cap. 9. n. 2. & part. 2. cap. 39. n. 8. Blum. Process. Cam. tit. 25. §. 47.

XXII.

Quia autem hæc exceptio præventionis seu litis pendentis est declinatoria fori, idè ante litis contestationem est opponenda; per l. pen. & ult. C. de except. l. 16. C. de judic. l. 52. in pr. ff. de judic. & DD. in cap. 20. X. de sentent. & rejud. cum declinatoriam fori opponens minimè audiatur post litis contestationem. per alleg. text. Bald. in l. 2. num. 40. C. sentent. rescind. non poss. Vant. de nullitat. ex defect. jurisdic. ord. num. 163. Gail. 1. obs. 29. n. 7. Carpzov. in Process. Jur. For. Saxon. Tit. IX. Art. II. §. I. n. 2. & seqq. Surd. D conf.

conf. 204. n. 9. Mev. part. 1. Decis. 165. n. 1. 2. & 3. Hinc si exceptio præventionis non opponatur ante litem contestatam, processus secundo loco inchoatus valebit. Debet igitur conventus exceptionem objicere ante litem contestationem, si velit se & causam remitti ad primum judicem, coram quo primo loco inchoatum fuerat iudicium: *Petr. Francisc. de Tonduti in d. tract. de Prævent. judic. part. 2. cap. 39. n. 3. & 7.* alioquin secundus iste iudex quantumvis præventus, in contumaciam citati & non comparentis, seu ipso comparente & præventionis exceptionem non opponente, procederet ad ulteriora in causâ, & ejus processus esset validus & legitimus. *Petr. Francisc. de Tonduti dict. loc. num. 9. Surd. conf. 542. num. 4. & 7.* Nam qui patitur se conveniri coram aliquo iudice, & ejus forum non declinat, dicitur jurisdictionem illius prorogare. *ut per DD. in l. 18. ff. de jurisdictione.* Sed & ante alias dilatorias exceptiones, quarum natura est, ut ante litem contestatam opponantur, hæc nostra opponi debet; quia si alia prius opponeretur, videretur reus eam opponens consentire in iudicem, ut declarat *Bart. in d. l. 18. ff. de jurisdictione. num. 3. Specul. lib. 2. Partic. 1. de Except. & replic. §. viso. 4. num. 14. Surd. conf. 542. num. 9. & 10.*

XIII.

Judex verò exceptionem cœpti iudicii non admittens, partem dicitur gravare, quæ protinùs appellare debet. *Petr. Francisc. de Tonduti de Prævent. judic. part. 2. cap. 39. num. 5. Surd. conf. 542. n. 2.* & primus iudex, qui eum in jurisdictione prævenit, omnibus legitimis remediis jurisdictionem suam defendere potest. *vid. Obrecht. de jurisdictione. lib. 3. cap. 14. num.*

rum. 25. cum allegat. Hinc si in Camerâ Imperiali litis pendentia est introducta, actori, post notitiam citationis in Camerâ jam decretæ, quamvis nondum insinuata, ad Aulam Cæsaream transgredi non est permixsum: quapropter Camera reo in ejusmodi casu statim post decretam citationem documentum litis pendentix communicare solet. *Blum. Process. Cam. t.t. 25. §. 54.* atque ita factum in causâ Mühlberger contra Statt Speyr / & in causâ Jordanischer Erben contra Friedele.

XXIV.

II. Effectus est revocatio attentatorum primæ & secundæ instantiæ; quoniam lite pendente, nullatenus sive in petitorio, sive in possessorio quidquam est innovandum. *t.t. C. ut lit. pend. nih. innov.* Nec quisquam possessione suâ, in quâ existit lite pendente privari debet; *per l. 13. ff. quod met. caus. l. 7. C. unde vi.* neque supplicare licet lite pendente, nisi copia actorum vel sententiæ interlocutoriæ, vel definitivæ denegetur, aut judex sit negligens & suspectus; nec licet supplicare lite per sententiam semel finitâ, sub pœnâ restituendæ litis æstimationis; *per l. 2. C. ut lit. pend. ibique Brunne man.* ratio est in *l. 13. pr. C. de judic.* ut lites citius finiantur, neque litigia sint æterna; & si quid tali modo petatur, semper mentio litis pendentix in precibus est facienda, ut docet *Menoch. de A. J. 2. cent. 3. cas. 202. n. 4. & seqq. Afflict. dec. 220. n. 13.* Id quoque jure Saxon. prohibitum esse, patet ex *Ord. Polit. Elect. Saxon. de Anno 1612. tit. von Justitien Sachen. n. 9. in verb.* So erfolgten in gleichen offtmahls pendente lite etwas geschwinde unverbhoffte inhibitiones, &c. *junct. vers. und aber disffals.*



& vers. **Alß** soll auch demselben richtig nachgegangen werden / ut videre est apud *Carpzov. in Process. Jur. Forens. Saxon. Tit. XXIII. Art. II. §. III. num. 18. 19. & 20. XXV.*

Si igitur tale quid lite vel in primâ vel in secundâ instantiâ pendente attentatum vel innovatum est, ante omnia attentata revocanda sunt, aded ut iudex etiam parte non petente, ex officio ea revocare possit. *Gail. 1. obs. 146. n. 7. Blum. Process. Cam. tit. 53. §. 13.* Nam per attentata iudex magis quam pars offenditur; imò lex ipsa prohibens lite pendente aliquid innovari, contemnitur. *t. t. X. ut lit. pendent. nih. innov. & l. unic. ff. nil. innovand. appell. interpos.* Meritò igitur ex officio contra attentantem proceditur, eò quòd legem, vel iudicem potius, quam partem eludat. *per text. in cap. 1. §. fin. de appellat. in 6to.* Et ita ex officio attentata revocata fuisse in causâ **Gockenhausen** contra **Pfisterfeld** / testatur *Gail. d. obs. 146. n. 7.*

XXVI.

Attentatum autem sive innovatum dicimus id omne, quod causâ pendente à iudice, seu à parte, & qui ab his causam habent, in contemptum jurisdictionis atque iudicis & præiudicium partis factum est. Personæ attentantes sunt; Iudex, Litigantes, & Tertius. Iudex dicitur attentare, si possessionem rei controversæ invito possessore sequestrat; quoniam omnis sequestratio regulariter lite pendente prohibita est. *l. unic. C. de prohib. sequestrat. pecun. Gail. 1. obs. 148. n. 1.* Neque iudicium ab executione inchoare, neque possessorem durante lite, commodo possessionis privare oportet. *d. l. unic. C. de prohib. sequestrat.*

strat. pecun. Gail. d. l. Ita quævis alia turbatio judi-
cis, impediens, quò minus liberè possessione suâ
quis uti queat, imprimis si titulo gaudeat, pro atten-
tatô æstimatur. Nequè enim hic turbandus vel ti-
tulo privandus, *arg. cap. 2. X. de sequestr. poss. l. fin. C.*
si per vim. Gail. 1. obs. 147. n. 2. sed potius defenden-
dus est. *Herculan. de Attent. cap. 3. n. 8.* Quin & ju-
dex comparatur privato spoliatori, quotiens sine
causæ cognitione aliquem suâ possessione privat.
Partes sive litigantes attentare dicuntur, quando
Principi absque litis mentione supplicaverunt, vel
rescriptum aliquod sub- & obreptitiè impetraverunt.
l. 2. C. ut lit. pendent. l. fin. C. sentent. rescind. l. 5. C. si
contra jus. l. 29. ff. ad L. Cornel. de fals. Quod de par-
tibus dictum, idem quoque de illorum Procuratori-
bus intelligendum est; qui si speciale mandatum ha-
buerint, nomine principalium suorum attentare di-
cuntur, secus si generale tantum. *l. 60. §. 4. ff. man-*
dati. In specie actor dicitur attentare; adversarium
spoliando, vel possessionem auferendo, & exactio-
nem faciendo, *Novell. 134. cap. 3. in fin.* vel sese in
possessionem intrudendo, vel alio modo turbando,
quò minus reus possessione controversâ uti queat. *c.*
1. & ibid. Gloss. ut lit. pend. Gloss. in c. 7. in verb. redu-
cendum. vers. dic tamen. de Appellat. in 6to. Gail. 1. obs.
145. n. 4. Reus attentare dicitur; possessionem trans-
ferendo, vel rem litigiosam alienando. *Auth. liti-*
giosa. C. de litigios. & t. t. ff. & C. de litigios. l. 13. ff.
famil. ercisc. Tertius autem, qui attentare dicitur est
is, qui se fundat in jure causæ principalis, de quâ lis
pendet, vel qui habet causam à parte, vel iudice, *Si-*
gismund. Scacc. de Appellat. q. 3. n. 63. Herculan. c. 30.



n. 77. vel qui succedit in re attentatâ , *Scacc. de Appel-
lat. d. q. 3. n. 64.* vel quocunque modo intervenit. *l. 2.
§. 1. ff. quand. appelland. Gail. 1. obs. 70. n. 8.*

XXVII.

Quoniam igitur attentantes uno eodemque tempore, jus, judicem & partem lædunt, *ut supr. th. 25.* dictum, ex suâ autem improbitate nemo meliorem conditionem facere debet; *l. 134. §. 1. ff. de R. J. l. 12. §. 1. l. 14. §. 3. de furt. l. 1. ff. de dol. mal. l. 1. §. 1. de dol. except. l. 31. ff. de recept. qui arbitr. l. 25. C. de legat.* ideò incurrunt in pœnas meritò illis destinatas. Præter id enim, quod attentans in priorem statum rem ponere tenetur, fructusetiam perceptos, & quos suâ culpâ non percepit, citra compensationem, quæ in hoc judicium non venit, *arg. l. fin. C. de compens. restituit, Gloss. in cap. 51. in verb. statum. X. de appellat.* in expensas condemnatur, *Gail. 1. obs. 146. num. 16.* damnaque & interesse refarcit. *Mynsing. 1. obs. 55.* Plura qui de hac materiâ desiderat, videre potest *Dissertationem de Attentatis, Magnif. Dn. Varnbüleri, Jcti, & Illustris. Com. Hanov. Consilarii intimi, Patroni, Promotoris, atque Avunculi mei omni honoris & observantia cultu aternè prosequendi, Anno 1656. editam.*

XXVIII.

III. Effectus est Continentia causæ; quæ duplex est: *alia ratione litis cœpta*, & tunc lis ubi cœpta est, ibi quoque terminari debet. *l. 30. ff. de judic.* quod procedit quando quis judicium vellet mutare, veluti si quis pro eâdem re coram alio iudice reum convenire vellet, dimisso primo iudice, coram quo lis cœpta erat; *alia ratione connexitatis causæ*, si ad diversa iudicia contra manifesta jura causa traheretur; e. gr.

e. gr. quando agitur, non de eâdem re vel causâ, sed de connexâ, quam quis coram alio iudice intentare vult; & tunc opponitur exceptio ex *l. 10. C. de iudic.* quod causæ continentia dividi non debeat. *Petr. Frider. Mindan. de contin. caus. cap. 5. num. 1. Gail. 1. obs. 32. n. 6.*

XXIX.

Tractatur autem de continentia causæ non dividendâ; I. quando agitur de pluribus sociis, vel de pluribus simul delinquentibus; & tunc causâ coram illo iudice, qui prævenit tractanda est, nec coram diversis iudicibus agitanda, ne super eâdem causâ diversas vel contrarias sententias pronunciari contingat. *l. 1. & l. 2. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eatur.* II. Quando causa possessionis fuit coram uno iudice intentata; nam causa petitorii coram eodem, & non coram alio iudice tractari debet, ne dividatur causæ continentia. *cap. 1. X. de caus. possess. & propriet. Gail 1. obs. 32. num. 11. Menoch. de A. J. Q. cas. 371. n. 8. & 9.* III. Quando agitur de causâ universali, vel generali; veluti de tutelâ, de actione negotiorum gestorum, & aliis similibus, plura capita invicem connexa continentibus; tunc enim ne continentia causæ dividatur, iudex causâ universalis, debet etiam cognoscere de causis particularibus, sub illâ generalitate contentis: nam iudicium universale inchoatum, facit cessare iudicium particulare. *l. 32. §. 10. ff. de recept. qui arbitr. recep. & ibi Gloss. & Bartol. in l. 7. in pr. ff. de petit. hered.*

XXX.

Hinc causæ continentia non est dividenda, atque Imperator nulli prorsus audientiam præberi vult;

pel-
l.2.
que
th.
io-
J.
de
gat.
tas.
um
ios
uae
ens.
lat.
16.
55.
dif-
eri,
ro-
ob-
m.
lu-
pta
lic.
re,
im
uo
di-
ur;
gr.

f.

13 7



vult, qui causæ continentiam dividat, & id quod ex beneficii prærogativâ in uno eodemque iudicio poterat terminari, ad diversa iudicia trahere voluerit, poenâ ex officio iudicis imminente ei, qui contra hanc supplicaverit sanctionem, atque alium super principali quæstione iudicem postulaverit. *l. 10. C. de judic. ibique Jason. num. 6. & seqq.* Hinc quoque iudex datus ad causam principalem, potest de incidenti cognoscere, de quâ alioquin principaliter cognoscere non posset; veluti cum non posset super quæstione status cognoscere principaliter, incidenter tamen, ipsi, ne causæ continentia dividatur, de eâ cognoscere permittitur. *l. 3. C. de judic.*

XXXI.

IV. Effectus litis pendentis est impedimentum avocationis & suspensionis; quoniam lite in Camerâ Imperiali pendente, cursus Iudicii Cameralis nullatenus, neque per restitutionem, supplicationem, avocationem, aliasve suspensiones impediendus est; nec Imperator causas in Camerâ Imperiali pendentes avocare, & Cameræ Imperiali, ne ulterius in causa procedat inhibere potest. *per text. Ord. Cam. part. 2. tit. 35. Concept. Renov. Ord. Cam. part. 2. tit. 37. qui ita se habet:* Nachdem wir als Römischer Kayser / vermög hiervor auffgerichteten Reichs-Ordnungen / sampt Churfürsten / Fürsten und Ständen bewilligt und zugeben / daß dem Kayserl. Cammergericht unverhindert einiger restitution, supplication, oder anderer suspension und Aufschlag / sein freyer stracker unverhinderter Lauff gelassen / und darwieder nichts gegeben werden / auch daß Churfürst-n / Fürsten, und gemeine Ständ / dem

demselben gebührlichen Gehorsam leisten &c. *conf. qua supr. Th. IX. hac de re dicta sunt* : quia sine Statuum Imperii consensu non potest revocare jurisdictionem Camerae Imperialis, siquidem cum illorum communi consensu & voluntate, per modum obligationis sive contractus datam ; *Proæm. Ord. Cam. de Anno 1555. in fin. pr. Reichs-Abschied zu Speyr de Anno 1570. §. weiters nachdem auch. 42.* qualia unius dissensu vel contrariâ voluntate, revocari non possunt. *l. 35. ff. de R. J. l. 80. ff. de solut.*

XXXII.

V. Effectus est qualitas litigiosi ; quæ repellit eum, qui rem litigiosam emtione, donatione, vel alio aliquo contractu sibi acquisitam, persequitur. Nam res litigiosa, vel super quâ lis inter aliquos pendet, sive mobilis sive immobilis, sive corporalis sive incorporalis, ut & nomen debitoris, seu chirographum ambiguum, *l. 3. C. de litigios.* nullo modo in alium transferri potest. *l. ult. C. de litigios. Surd. consil. 374. n. 3.* Qui enim rem litigiosam vendit, donat, aut oppignorat, videtur deteriorem conditionem adversarii sui facere velle, opposito potentiore adversario suo : ideoq; emtori, donatario, creditori, objici potest exceptio litigiosi, si rem ab eo acceperint, qui litem cum alio sustinet. *l. 2. C. de litigios.* & propterea, si in scientem venditio, donatio, vel oppignoratio rerum in judicium deductarum seu litigiosarum facta est, duplum poenæ loco fisco præstatur, partim ab eo, qui vendidit, donavit, aut oppignoravit ; partim ab eo, ad quem res est translata ;

E

per



per *l. ult. in pr. C. de litigios.* si verò in ignorantem, pretium cum tertiâ ejus parte emtori est restituendum : *d. l. ult. §. 1. C. de litigios.* utroque tamen casu venditio, donatio, vel oppignoratio irrita est. per *d. l. ult. §. 1. C. de litigios.*

XXXIII.

VI. Effectus est inclusio judicii ; quod non liceat ad alium judicem, quam ubi coeptum est iudicium transire ; *vid. l. 30. ff. de judic. & cap. 19. X. de for. competent.* neque actor, ut & ipsius hæredes, in quos transivit instantia, forum mutare possint, & si id fecerint, licet justam habuerint actionem, causâ cadant, omnesque litis expensas reo solvere teneantur. *l. ult. C. de in jus vocand. Obrecht. de jurisdict. lib. 3. cap. 14. num. 37.* Nam citatio tam ad incommodum actoris, ad cujus petitionem facta est, quam rei emanasse videtur. *Auth. qui semel. C. quomod. & quand. jud. sentent. prof.* Limitatur tamen hoc, si reus fuerit contumax. Nam reus forum mutare non potest, etsi lite jam coeptâ speciale privilegium consecutus fuerit. Adeò ut non obstante hoc privilegio fori, actori in illo iudicio, ubi lis semel inchoata est, usque ad finem respondere teneatur ; per *l. 7. ff. de judic. l. ult. C. de edend. l. penult. ff. de jurisdict.* Atque ita regulariter reus forum mutare nequit ; nisi ante litem contestatam objiciat exceptionem fori declinatoriam. *l. 19. C. de probat. l. ult. C. de except. seu præscript. l. 12. l. 16. C. de judic. l. ult. C. de sentent. & interlocut. omn. judic.*

XXXIV.

VII. Effectus est; quod pariat exceptionem; cuius usus in variis rerum argumentis patet; sufficit hîc nonnulla commemorare. (1.) Litis pendentis exceptio non juvat tertium; sed locum habet tantum inter illos, qui sunt in lite. *Mev. part. 7. dec. 22. num. 2. & 3.* (2.) etsi in superiori iudicio super credito lis pendens sit, in inferiori tamen ubi concutisus creditorum excitatus est, ejus ratio haberi debet, plura apud *d. Mev. part. 5. dec. 155. per tot.* (3.) Exceptio litis pendentiae etiam in processu executivo locum habet, nisi quis ei renunciaverit. *idem Mev. part. 3. dec. 105. per tot. Coler. de Process. Exec. p. 4. cap. 1. n. 72.*

XXXV.

Affinis litis pendentiae est *Reconventio*; quia per **AFFINIA** illam iudex ordinarius quasi praeventur. Est autem reconventio, quando reus in eodem iudicio ante litem contestatam, adversus actorem aliam proponit actionem. *l. 11. §. 1. ff. de jurisdict. l. 14. & Auth. seq. C. de sentent. & interlocut.* Ratio reconventionis est, ne lites, quae apud unum iudicem commodius unâ actione tractari possunt, apud diversos iudices, diversis institutis actionibus, malitiosè proponantur. *vid. Struv. S. J. C. Ex, XXI. Th. XXXII.*

XXXVI

Sequuntur nunc contraria, seu dissentanea. **CONTRA-**
Litis pendentiae autem nihil magis contrarium est, **RIA.**

E 2

quàm

quàm incompetencia judicis , quia litigare coram
 iudice incompetente , nihil aliud est , quam litigare
 coram homine privato , qui potestatem non habet
 jus dicendi; *ut supr. Thes. XI. dictum.* Atque ita ubi
 iudex est incompetens nulla potest induci litis pen-
 dentia; quippe quæ sine iudicio induci non potest,
 ut quoque *supr. Thes. VII. dictum. vid. Barbos. in*
voc. Iudex n. 13. Obrecht. de iurisdic. lib. 3. cap.
14. n. 10. Mev. part. 2. decis. 68. Denique
 DEO T. O. M. sit laus, honor,
 & gloria.




X2615922

WDA







B.I.G.

Farbkarte #13



P 158,

C. I. N. D. N. F. C. Pub. 20. num. 41.
DISPUTATIO INAUGURALIS
JVRIDICA,

1676/1

De
**LITIS PEN-
DENTIA,**
PRÆCIPUE CAMERALI,

Quam,
DEO T. O. M. PRÆSIDE,
Ex Decreto & Autoritate,
MAGNIFICI ET AMPLISSIMI,
IN CELEBERRIMA ARGENTORATENSIVM
UNIVERSITATE, JCTORVM COLLEGII,

Pro Summis in Utroque Jure Honoribus, ritè &
legitimè consequendis,
Solenni Eruditorum Examine submittit

GEORGIUS FRIDERICUS MUEG,
Argentoratis.

Ad diem 5. Julii M. DC. LXXVI. h. lq. conf.

ARGENTORATI,
TYPIS JOHANNIS WELPERI.

